EVANGELIARIUM
Salzburg, St. Peter, um 1070/1080
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

est cum eis. et dixit illis. Confidite. ego sum.
nolite timere. Et ascendit ad illos in naum. m. lxviii. VI. h. cliii.
et cessauit uentus; et plus magis in ira se stu
pebant; non enim intellexerant de panibus.
erat enim cor illorum obcecatum. Et cum
transfretassent. peruenerunt in terram gene
sarit. et applicuerunt. Cumq; egressi essent m. lxviii. II. h. cliii.
de naui. continuo cognouerunt eum. Et peurrentes L. xxxvi.
uniuersam regionem illam. coeperunt in gra
batis eos qui se male habebant circumferre
ubi audiebant eum esse. Et quocumq; in
troibat in uicos uel in uillas aut ciuitates.
in plateis ponebant infirmos. et deprecaban
tur eum. ut uel fimbriam uestimenti eius
tangerent. Et quotquot tangebant eum. salui fie
bant. Et conuenium ad eum pharisei. et m. lxx. X. Sol.
quidam de scribis. uenientes ab hierosolimis.
Et cum uidissent quosdam ex discipulis eius
communibus manibus id est non lotis man